29.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI

Disputationem

De

DIVIDUO ET INDIVIDUO,

Ex Decreto & autoritate Magnifici & Amplissimi Jureconsultorum Ordinis,

SUB PRÆSIDIO

VIRI AMPLISSIMI, CONSULTISSIMI ATQUE EXCELLENTISSIMI

GOTTFRIDI SUEVI J. U. D. ET ANTEcessoris celeberrimi, Patroni, Præceptoris & Promotoris plurimum colendi,

Pro obtinendâ summos in Utroq; Jure consequendi honores & privilegia

LICENTIA,

Publico Examini submittit

JOHANNES CASPAR CURIO

Dresdensis

Ad diem XXIV. Januarii

Horis matutinis & pomeridianis.

in Auditorio Majori.

WITTEBERGÆ,

TYPIS JOBI WILHELMI FINCELII,

ANNO cIↄ Iↄc L.

THESIS I.

POmponius *l. rerum. 30. pr. ff. de usuc.* tria corporum genera constituit: primum, qvod continetur uno spiritu, i. e. ut *ibi* interpretatur *Johannes*, unâ elementatione, sive compagine elementorum non solutâ, vel ut Græci loqvuntur τῇ συμφυΐᾳ, unde συμφυὲς a Plutarcho appellatur, & ut ait Seneca, omne qvod undiqve suis partibus circumscribitur, vivere uno spiritu dicitur. Græcè aliàs ἡνωμένον i. e. unitum & φυσικὸν effertur. Cicero continuatas cohærentesq; naturas vocavit. Ut homo, tignum, lapis, item statua, *l. in rem. 23. §. item. 5. in fin. ff. de R. V.* Alterum qvod ex continentibus h. e. pluribus inter se cohærentibus constat, qvod συνημμένον seu connexum, aliàs τεχνικὸν vocatur. Ut ædificium, navis, armarium. Tertium qvod ex distantibus corporibus consistit, qvæ διεστῶτα nominantur. Ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subjecta, veluti populus, legio, grex, *§. si grex. 18. Instit. de legat.* familia. *l. scire. 29. pr. ff. de V. O.* Cujuscunqve autem generis sint corpora, qvamdiu partes eorum vel unitæ manent, vel cohærentes vel ab universitate non segregatæ, solida, tota, integra appellantur, qvæ vocabula & ipsis incorporalibus latiori significatione accommodari solent, *l. si servus. 9. §. 1. ff. si qvis caut. l. stipulationum. 2. §. 1. seq. ff. de V. O.*

II.

Si verò in partes resolvantur corpora, prisci Ro-

mani, teste *Macrobio lib. 1 Saturn. c. 15.* Hetruscâ voce iduari ea dixerunt, qvasi in duitatem secerni. Est enim iduo εἰς δύο, Germ. Es ist in zwey. Qvâ ratione Labeo viduam existimavit dici, qvòd sine duitate sit, *l. malum 242. §. vidua. 3. ff. de V. S.* Pro qvo nunc usus, penes qvem est jus & norma loqvẽdi, *l. anniculus. 132. pr. ff. de. V. S.* divido, sive à dis & videndo, ut sit q. separatim videre & secernere, sive potiùs à dis vel di, qvod plurimis verbis addit significationem sejungendi, & antiqvo iduo, imposito V. loco digamma Æolici, magis emphaticum approbavit. Inde est, Divisio, & minùs freqvens Dividuitas, item Dividuum, qvod potest dividi, ejusq; contrarium cum privativâ particulâ individuum. *Eguin. Baro de divid. & indiv. oblig. l. 1. c. 1.*

III.

Qvorum vocabulorum non levis est ambiguitas & varia pro cujusqve disciplinæ institutis usurpatio. Nam. 1. sumitur Physicè pro materiali divisione per solutionem continuitatis, *l. non ampliùs. 26. in fin. ff. de legat. 1.* Qvo significatu individua sunt qvæcumq; incorporalia, qvia non possunt tangi, *§. incorporales. 2. Instit. de reb. corpor. & incorp.* Dividuæ verò habentur res corporales tam animatæ qvàm inanimatæ, *c. afferte. 2. Ext: de præsumt.* præter minimas illas particulas, qvæ ab individuitate ἄτομοι apud Græcos nominatæ sunt, qvarum meminit Alfenus *leg. proponebatur. 76. ff. de jud.* Et hæc significatio Medicis, Chirurgis & omnibus Mechanicis nota est, & intelligitur in sententiis, qvibus homines ad abscissionem membrorum vel necem qvoqve damnantur, *Lancel. ad. l. 2. ff. de. V. O.* Altera acceptio Mathematicorum est vel in partes

partes multiplicativas sive qvotas, ut in numeris, *l. libertus 15. §. 1. ff. de oper. lib. leg. in stipulationibus. 54. §. 1. ff. de V. O.* vel separatas, ut in qvantitate continuâ, secundum qvos unitas & punctum sunt individua. 3. Logici suas qvoq; divisiones doctrinæ causâ prodiderunt. Nam & verba à verbis, & res à rebus distinguere, dividere est: & rem totam partiri, & genus in species distribuere, vel aliud simili modo, qvæ divisiones artis dicuntur & propter egregium usum omnibus disciplinis applicari solent, plurimaq; illorum exempla apud Jurisprudentes reperiuntur; ut cùm divisionem rerum, *t. t. ff. de D. R.* obligationum, *§. 1. Instit. de Oblig.* stipulationum *§. 2. Inst. eo tit.* actionum, *§. 1. Instit. de act.* & similium tradunt. *Eguin. Bar. d. loc.* Qvarta est propria Jure Consultorũ usurpatio, & de ea nobis sermo. illi nõ considerant res naturaliter, qvatenus sunt entia Physica, sed civiliter, ut in commercium veniunt, & ad actus civiles contractum vel qvasi, ad patrimonium & usum nostrum spectant, & (liceat ita presè loqvi) commercialiter. *Gaspar Caballinus de divid. & indiv. part. 1. num. 5.*

IV.

Differt autem nostrum Dividuum & Individuum à Separabili & Inseparabili. Illa enim dicuntur respectu unius rei tantùm, cujus essentia partes admittit vel non: hæc verò resp. unius rei ad aliam; ut qvando duo sunt adeo connexa, ut separari vel possint vel neqveant, *Lancell. ad l. 2. ff. de V. O. n. 5.* Licet interdum abutamur his vocabulis, *juxta l. 1. §. item qværitur ff. de aqv. qvotid. l. notionem. 99. §. 1. ff. de V. S.* nec minùs in illâ satis notâ qvæstione; an ususfructus sit pars dominii vel fundi? *l. rectè 25.* ubi

Cuj. ff. de V. S. Sic matrimonium dicitur individuam vitæ consvetudinem continere, *l. 1. ff. de rit. nupt.*

V.

Dividuum est res, qvæ ipso jure cum aliqvo ejus effectu partes accipit. Individuum res est, qvæ ipso jure cum aliqvo effectu partes non accipit. Nam contrahentium etiam voluntate dividuitatem vel individuitatem posse constitui, extra dubitationis aleam positum est e. g. Pignus cùm ipso jure individuum sit, & priùs liberetur ac omne debitum solutum fuerit, consentiente tamen creditore partem ejus lui posse verissimum est. Sic qvamvis genericæ & alternativæ obligationum nullam partem tollat particularis solutio, *l. stipulationem. 2. §. 1. ff. de V. O.* stipulator tamen partem accepto ferre nullus prohibetur, *l. qvi hominem 17. ff. de accept.* Vice versâ conventione effici, potest, ne rei dividuæ divisio fiat *l. in hoc judicium. 14. §. si conveniat. 2. ff. comm. divid.* Verum de his dividendi modis nobis in præsentiarũ sermo non est, sed de illo tantum, qvo absqve alterius consensu res vel dividi vel minûs possunt. Alia *Gaspar. Caball. de Dividuo & Individuo* est opinio, qvi subtiliùs illa à Diviso & Indiviso distingvere satagit, ut illa qvidem aptitudinem & potentiam, hæc vero ipsum actum significent, sed de eo in discursu fortè videbimus. Adjecimus cum aliqvo ejus effectu. Consideramus enim an partitio possit fieri utiliter non corruptâ essentiâ rei & formâ; secus res pro Individuâ habetur, *Lanc. ad d. leg. 2. ff. de V. O.* ut pote qvæ commodè, *§. eadem 5. Instit. de off. jud.* sine damno, *l. non ampliùs. 26. §. ult. ff. de leg. 1.* & periculo dividi non potest, *l. sancimus. 34. §. ne autem. 2. C. de donat.* Qvo sensu negant Doctores dividua esse, qvæ

non

non tantam utilitatem afferant in parte respectu partis, qvantam in toto resp. totius.

VI.

Varias easq; spinosas Doctorum divisiones recenset *Caball. d. tr. part. 3. n. 35. seqq.* qvæ cùm partim ex multiplici vocabulorum intellectu, partim efficientis causæ diversitate fluxerint, iis prætermissis, communissimã eamq; lucidissimam trademus. Sunt ergò qvædam naturaliter dividua, qvædam civiliter. *Bart. ad l. stipulationes non dividuntur 72. pr. ff. de V. O.* Naturaliter dividi res dicuntur, cùm partes fiunt corpore, veluti si fũdum certis terminamus regionibus, *l. locus. 60. pr. de V. S.* qvæ certæ sunt, *l. placet. 25. ff. qvib. mod. usur. amitt.* & sensibus percipiuntur, dicunturq; divisæ & pro diviso. Cæterùm illæ sunt potiùs totum qvàm partes, & commune pro diviso est pro suâ regione suum cujusq; magis proprium qvàm commune, *Cuj. in l. rectè 25. §. 1. ff. de V. S. l. si qvis. 6. §. 1. ff. comm. servit.* licet qvandoq; partium etiam nomine veniant, & communia esse dicantur, qvorum portiones certæ & divisæ sunt, *l. magis. 5. §. ult. de reb. cor. qvi sub. tut. d. l. rectè. 25. §. 1.* si nempe dividentes unum tantum voluerint cõstituere agrum retinendo qvilibet dominium sui loci, *l. Cajus. 86. §. 1. ff. de legat. 2. arg. d. l. locus. gloss. ad. d. l. rectè.* Qvæ verò hac ratione in partes scindi non possunt, illa dicuntur naturaliter individua.

VII.

Civiliter divisio fieri dicitur, qvando partes fiunt juris saltem intellectu. *l. Mævius. 66. §. sed si 2. ff. de legat. 2.* qvæ sensu percipiuntur non oculo videntur, *Accurs. ad d. l. Mævius.* & incertæ sunt, *l. si qvis 43. pr. ff. de acq. poss* ratione corporis sc. non qvantitatis, *l. locus. 26. ff. eod.* dicunturq; indivisæ & pro indiviso, qvoniam

am per universú corpus rei diffusæ sunt, *l. ususfructus. 5. ff. de usufr. l. si qvis 7. pr. ff. de except. rei jud. l. ex mille. 64. pr. de evict.* adeò ut nec qvisqvam ex sociis partis corporis dominus sit, sed totius corporis pro indiviso pro parte dominium habeat, *l. si ut certo. 5. §. ult, ff. Commod.* Cùm acervus frumenti vel numorum plurium est communis, non modò pro mensurâ & numero partes intelligentur, verum etiam pro singulis frumenti granis aut numorum corporibus, *§. si duorum. 27 §. seq. Inst. de rer. div. l. nam. et si. 13. §. si servus ff. de reb. cred.* qvod eodem modo de gregis, armenti, eqvitii capitibus singulis existimandum est, itemq; de rebus, qvæ in pondere consistunt, *l. idem. 5. §. 1. ff. de R. V. Hotom. ill. qvæst. 18.* Circa ejusmodi partes versatur rerum communio, à qvâ descedére cupientibus familiæ herciscundæ vel communi dividundo actio constituta est, *l. 1. ff. fam. herc. l. ult. C. comm. divid.* Qvæ verò nec hoc qvidem pacto dispesci possunt, civiliter individua usurpantur.

VIII.

Illis, qvæ hactenus dicta sunt de duplici dividui, individuiq; ratione, non inutiliter seqventes duæ regulæ addi posse videntur:

1. Qvæ naturaliter sunt dividua, multò magis civiliter sunt dividua.
2. Omnia civiliter Individua, magis Individua sunt naturaliter.

Qvia facilior multò est juris intellectu divisio qvàm corpore. *Hotom. d. qvæst. 28.*

IX.

Nunc utram ad classem res qvæq; referendæ sint exponendum est. Cùm autem vel sint corporales vel incorporales, *pr. Inst. de reb. corp. & incorp. l. 1.*

§. 1. ff.

§.*1. ff. de R. D.* illæ quidẽomnes divisionem recipiunt, sed quædã naturalem, quædã tantùm civilem. Naturaliter dividuntur res soli, utpote arbor, quæ in confinio est, item lapis, qui per utrumque fundum extenditur, quamdiu cohærent fundo, è regione cujusq; finium utriusq; sunt, nec in communi dividundo judicium veniunt, *l. arbor. 19. pr. ff. comm. divid. l. pen. ff. pro socio l. adeo. 7. §. ult. l. seq. ff. de A. R. D.* sed cùm lapis exemtus aut arbor eruta vel succisa est, communis pro indiviso fiet, sc. pro quâ parte in fundo fuerat, *d. l. 9. d. l. pen.* Huc etiam pertinet puteus, *l. per hoc 4. §. 1. ff. comm. divid.* Lacus, cujus confinia constitui & super illis finium regundorum actio institui potest *Bald. l. 2. consf. 195. colum. 3. vers. certum autem est, Modest. Pistor. p. 1. qu. 43. sub. Schult. in addit.* Quod obtinet etiam in mari. *Bl. in l. si testamentum 8. in fin. C. de instit. & subst.* Quamvis ex accidente nonnunquam eveniat, ut ejusmodi rerum partes vel nullum vel satis exiguum usum præstent, ideoq; separari non possint: quale est binarum ædium vestibulum, *d. l. arbor. §. 1. ff. comm. divid.* Porrò ex mobilibus facillimè Quantitates suo pondere, numero & mensurâ dividuntur, *l. cùm Stichus. 29. ff. de solut. l. si pœnæ. 19. §. si falsò. 2. ff. de cond. indeb.* item res, quas th. 1. ex distantibus constare diximus, *l. quod sæpe. 35. §. ergo. 6. ff. de contr. emt.* Tignum quoq; duorum esse potest, ita ut certæ partes cujuscunq; sint contignationis, *l. binas. 36. ff. de serv. urb. præd.*

X.

Reliquæ res mobiles, itemq; moventes, *l. moventium. 93. ff. de V. S.* præter recensitas fermeomnes

civilem divisionem solùm admittunt, *l. Pomponius. 8. in fin ff. de R. V.* quia si naturaliter secarentur, interirent. Nam e. g. Stichus plurium quidem communis esse, sed discerpi sine interitu non potest, civiliter ergo partes intelligentur, i. e. pro indiviso, ut intellectu magis partes habeat, quàm corpore *l. servus. 5. ff. de stip. serv. Hot. d. quæst. 18.* Idem est in statuâ, *l. fideicommissa. 11. §. pen. ff. de legat. 3.* navigio Quare illusio hostilis fuit non fidei implementum, quod de Q. Fabio Labeone refert *Val. Max. l. 7. c. 3.* eùm, cùm à rege Antiocho, quem bello superaverat, ex fœdere icto dimidiam partem navium accipere deberet, medias omnes secuisse, ut illum totâ classe privaret. Ita fundi instrumentum certo respectu individuum dicit JCtus *in l. 12. §. si quis. 14. ff. de instr. & instr. legat.*

XI.

Res incorporales cùm tangi non possint sed in jure consistant, *§. incorporales. 2. Inst. de reb. corpor. & incorp.* naturaliter quidem & corporaliter findi nequeunt, sed civiliter earum quædam dividuæ sunt quædam individuæ. Dividuæ sunt, quarum partium usus & commodum esse potest. Individuæ quarum partes nullum sui usum præstant, *l. via. 17. ff. de servit.* cujus autem generis quæque sint nunc eo ordine explicabimus, quem Justinianus ad Edicti perpetui imitationem in componendis Digestis observari jussit, *l. 1. §. eumq. 5. de vet. jur. enucl.* Videamus itaque potissimùm de his, quæ divisionem minùs patiuntur, quibus cognitis, quæ contrariæ sunt naturæ, simul intelligemus.

XII.

Statu hominum in partes subdistrahi non potest. Neque

Neque enim pro parte aliquis liber, pro parte servus esse potest. *L. si pariter. 9. in fin. ff. de liber. caus. l. alieno, 31. §. 1. ff. de fideic. libert.* Hinc ab uno dominorum communis servus manumissus, etiam invito altero, totus liber fit, abolito hac in causâ per Justinianum jure accrescendi, *l. 1. §. 1. C. de comm. serv. manum. §. ult. Inst. de donat.* Et, quamvis querelâ inofficiosi pro parte soluto testamento, integræ libertates præstantur, *l. cùm duobus. 13. C. de inoff. testam.* Sed & licet aliàs rei judicatæ præscriptio coheredi, qui non litigavit haud obstet, *l. sæpe 63. pr. ff. de re judic.* in liberali tamen causa aliud statuendum est, *l. judicatæ 29. pr. ff. de except. rei. jud.* Imò duobus judiciis pro parte dimidiâ in servitutem petitus etiamsi uno saltem absolvatur, liber est, *l. duobus. 30. ff. de liber. caus.* Idem sentiendum est de ingenuis & libertinis *Hot. d. quæst. 18.*

XIII.

De Jurisdictione ambigunt Doctores, sed verior nobis eorum videtur sententia, qui partes illi tribuunt. Tum quia commoda illius possunt distribui, ut mulctæ, quæ sunt effectus jurisdictionis, *Bl. in l. dum quidam. 5. n. 5. seq. C. de fruct. & lit. expens.* sportulæ & aliæ accessiones, quæ solent dividi inter plures, penes quos est Jurisdictio, & si plures habeant partes jurisdictionis inæquales, emendæ pro ratâ inter eos distribuuntur: tum quia ipsum jurisdictionis dominium est dividuum, *Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 16. gl. nn. n. 24. seqq.* Si pluribus enim communis sit Jurisdictio, ejus exercitium non cuivis competit in solidum, ut suo nomine solus jus dicat, sed apud omnes conjunctim est. Præterea experientia testatur nonnullos de imparibus partibus Jurisdictionis investiri, & cui soli competit juris dicendi potestas,

ſtas poſſe dimidiam partem in alium transferre vid. plura apud *Modeſt. Piſtor. part. 2. quæſt. 86. tot.* error autem Caſtrenſ. *in l. via. de ſervit.* & ſequacium quibus contrarium placuit, ex eo provenit, quod ſervitutibus comparaverint jurisdictionem, cujus tamen diſſimilis eſt ratio & dominio magis conveniens natura, in proprios enim exercetur ſubditos & in proprio territorio non in alieno, veluti ſunt ſervitutes, *Bart. ad. l. 1. n. 15. ff. de Jurisd.* Idem quoq; in mandatâ obtinet Jurisdictione, quod ſi plures enim delegati fuerint, niſi omnes ſimul judicaverint, quicquid cæteri egerint, nullam habebit juris efficaciam, *l. duo ex tribus. 39. ff. de re jud. l. cùm magiſtratus. 4. C. quand. provoc. non eſt nec. c. cauſam. 16. c. prudentiam. 21. X. de offic. & poteſt. deleg. c. cùm plures. 8. eod. tit. in 6.* niſi clauſula adjiciatur, ut omnes aut ſinguli (Germ. Sampt und ſonders/) mandatum exequantur, *d. c. 8. ib. gl.* Hinc uno delegatorum rebus humanis exemto, officium eorum exſpiravit, *c. pen. X. d. t.* Quæ omnia ad arbitros etiam ſpectant, *l. item ſi unus. 17. §. ult. ff. de rec. arb. d. c. pen.*

XIV.

Si plures quis procuratores deputaverit, unus ſine altero admitti non debet, niſi in ſolidum omnes conſtituti fuerint, *c. ſi duo. 6. ib. gl. de procur. in 6.* vel ſpirituale agitetur negotium, quod ut celeriùs finiatur, judex ex pluribus mandatariis maximè idoneum eligere poteſt, *d. c. 6. §. ult.* Etſi verò dominus mutandi procuratoris poteſtatem tam ante litem conteſtatam, *l. ante litem. 16. ff. de procur.* quàm causâ cognitâ poſt eam habeat, *l. ſeq.* omnia tamen judicii

ab eo

ab eo debet transferre, cæterùm si velit quædam transferre, quædam relinquere, justè procurator hanc inconstantiam recusabit; *l. in causâ. 27. pr. d. tit.*

X V.

Judiciorum etiam est individuitas. Ubi enim semel cœptum est judicium, ibi & finem accipere debet, *l. ubi 30. ff. de jud.* etsi reus pòst alterius fori esse cœperit, *l. si quis. 7. ff. ibid.* vel defuncto ille successerit, qui aliâs illum judicem non agnosceret. *l. heres. 19. pr. ff. d. tit. Covarruv. pract. quæst. c. 8.* Nam causæ continentiam dividere neutiquam concessum est. Unde alium super possessione, alium super principali quæstione sive proprietate judicem postulare haud licet, *l. nulli. 10. C. de jud. l. ordinarii. 13. C. de R. V.* & pertinet ad officium judicis universam incidentem quæstionem, quæ in judicium devocatur, examinare, etsi alioquin super ejusmodi causâ cognoscere non posset, *l. quoties. 3. C. de jud. l. 1. seqq. C. de ord. judic.* cui etiam data est absque ullo fori præscriptionis obstaculo in testes, quorum voces falsitate vel fraude non carere perspexerit, animadvertendi licentia, *l. nullum. 14. C. de test.* Inter causas autem continentiæ est ferme nobilissima Reconventio, quæ est mutua actionis â reo convento adversus actorem coram eodem judice institutio, *Colleg. Argent. ad tit. ff. de quib. caus. ad eund. jud.* sive mutua petitio, *l. 1. §. ult. ff. de extr. cognit.* Si quis enim obnoxium sibi esse arbitretur eum, qui contra se actionem exposuit, apud eundem judicem vel ordinarium vel delegatum, *c. 1. X. de mut. petit.* non tamen arbitrum, *c. cùm dilectus. 6. X. de arbitr.*, *arg. l. de*

 bis. 46.

his. 46. ff. eod. Matth. Berl. part. 1. concl. 22. n. 43. mox â principio, h. e. ante vel statim post litem contestatam *arg. l. 1. C. de lit. contest. Ord. Cam. part. 3. tit. 30.* convenire debet, *Nov. 96. c. 2. c. dispendia. 3. de rescr. in 6.* & nisi ipse agere prohibeatur, *c. cùm inter. 5. in fin. X. de except.* illum, quamvis alieni fori sit, excipere actionem & ad eundem judicem mitti oportet, *l. qui non cogitur. 22. ff. de jud. l. 1. §. ult. ff. quæ sent. sin. app.* (Exceptionem vide sis in *l. consensisse. 2. §. item si. 5. ff. de jud.*) Cujus enim in agendo observat arbitrium, eum habere & contra se judicem non dedignetur, *l. cùm Papinianus. 14. in fin. C. de sent. & interl.* quamvis intra viginti dies, hoc recusato alium postulare post, apud quem utraque res ventiletur *d. Nov. 96. c. 2. § 1.* ex quâ desumta est *Auth. & consequente. C. d. tit.* Licet autem jure canonum Clericus nec hoc modo in seculare judicium trahendus videatur, *arg. c. si diligenti. 12. X. de for. compet. arg. c. lator. 5. X. qui fil. sunt legit. Panorm. ad. c. etsi clerici. 4. n. 19. seqq. X. de jud. glossa tamen ibid.* contraria sententia & plurimorum Doctorum calculo & consuetudine fori approbata est, *Mynf. 2. obs. 67.* Pro nostro autem ordine meritò militamus, non destituti fundamento, & Studiosos coram oppidano judice neutiquam reconveniri posse ex *Auth. habitâ. C. ne fil. pro patr.* existimamus, quamvis ipsi coram Rectore reconveniendi jure fruantur. *Theoph. Gisebert. de reconv. c. 12.* Admittitur autem reconventio in causis, habilibus. *arg. l. 1. §. ult. de extr. cogn. fac. l. privatorum. 3. C. de jurisd. junct. l. ult. ff. eod.* Unde Excipimus causam matrimonii, *d. c. lator.* decimarum. *c. tua nobis. 26. X. de decim.* Juris Patronatus, *c. relatum. 21. X. de jur. patr. Dn. Carpzov. p. 1.*

const.

conſt. 7. def. 4. fractæ pacis *Gail. l.1. de pac. publ. c. 12.* & alias, quæ nec per modum conventionis coram eo judice tractari poſſunt. *Zang. de except. p. 2. c. 1. n. 379.* Præterea ſi criminaliter quis poſtuletur, illi recriminari non licet, *c. 1. ſeq. III. quæſt. 11. l. neganda. 19. C. de his qui accuſ. non poſſ. l. ſi qui. 5. pr. ff. de publ. jud.* nec civiliter mutuò agere, *l. adulterii. 23. ff. ad leg. Jul. de adult. arg. l. ult. C. de ord. jud.* Si tamen graviora objiciantur crimina, prius eſt, ut actor, reſpondeat, *d. l. 1. C. de his qui accuſ. quæ refertur c. ult. X. de ord. cogn.* Actio ſpolii privilegiata eſt, ut illam intentans non cogatur ante reſtitutionem ſpoliatoribus, niſi ſuper quæſtione ſpoliationis, reſpondere, *c. ult. X. de ord. cognit.* In foro Saxonico alia Reconventionis natura eſt & ratio. Quamvis enim actor etiam in foro rei reconveniri poſſit, *art. 61. lib. 1. art. 79. l. 2.* Landr. ante finitam tamen actionem mutuæ petitioni reſpondere non cogitur, *art. 12. l. 3.* Landr. *Dn. Carpzov. p. 1. conſt. 7. d. 7.* Quod magis reſtrinxit Auguſt. Elector, & tantùm in cauſis connexis valere juſſit, *part. 1. conſt. 7.* Quæ autem connexæ cauſæ ſint in arbitrio judicis potiſſimùm eſſe poſitum exiſtimat *Dn. Carpz. d. l. quæſt. 12.* Sanè in cauſis injuriarum, quarum una ex alterâ deſcendit, hoc ſpecialiter receptum eſt, ut reus conventus actorem de injuriis reconveniens, ante finitam etiam intentionem usque ad litis conteſtationem procedere poſſit, *Ordin. proc. jud. Sax. t. 6. in fin. ver.* zu *injurien*ſachen. ad effectum nimirum perpetuandæ actionis. Huic affinis eſt Interventio, quæ vel ſit principaliter ad impediendum & removendũ agentem ſeu defendentem, vel acceſſoriè, ut actori aut reo quis aſſiſtat & cohæreat, *And. Gail. 1. obſ. 122. n. 8.* & nõ minùs in eodem fieri

fieri debet judicio, quo partes litigantes causam moverunt, *l. si suspecta. 29. ff. de inoff. testam. l. si perlusorio. 14. pr. ff. de appell. Auth. nunc si heres. C. de litig.* si modò jus suum & interesse interveniens docuerit, *latè Berlich. p. 1. concl. 25. n. 2.* Præterea quæ inter plures litis consortes, vel cum illis agitatur, continens causa est, de quâ *Gail. 1. obs. 82.* Itaque si inter plures familiæ herciscundæ agatur, vel communi dividundo, vel finium regundorum, idem judex sumendus est, & eundem in locum omnium præsentiam fieri oportet, *l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. jud.* Sic plures tutores sive heredes eorum ad eundem judicem ire debent, *l. omnes. 5. C. arbit. tut. l. seq. ff. d. tit.* Item quando agitur de ineundâ ratione legis Falcidiæ, heres cæteris legatariis vel fideicommissariis denunciare solet, ut veniant ad arbitrum & ibi suam causam agant, *l. 1. §. cùm dicitur. 6. ff. si cui plus quàm per leg. Falc.* Puresq; sibi dominium communis servi vindicantes ad eundem judicem mittendi erunt, *l. cognitio. 8. §. 1. seq. ff. de liber. caus.* Sed & litigium de re diversis jurisdictionibus subjectâ, ne connexitas causæ dividatur, actor & reus variis instantiis fatigentur, mox ab initio coram eodem judice suscipiendum est, *arg. dd. ll. de quib. reb. ad eund. arg. d. l. nulli C. de jud. Gail. d. obs. n. 7.* Illud satis constat de rebus individuis tales quoque competere actiones, *l. in executione, 85. pr. & §. 2. ff. de V. O.* Plura vid. *in Colleg. Argentor. ad cit. tit. de quib. reb. & Petr. Frider. Mindan. qui de Process. Cam. extr. libr. 3.* continentiam causarum duodecim distinctis capitibus latissimè omnium explicat; singula enim persequi à nostro instituto alienum & prope infinitum foret.

XVI.

XVI.

Usus, *l. usus. 19. ff. de usu. & habit.* operæ, *l. 1. §. si ususfructus. 9. ff. ad. L. F.* & reliqvæ servitutes sunt individuæ, *l. lege 7. l. si is 80. §. 1. ff. eod.* At solus ususfructus potest dividi, *d. l. usus. d. l. 1. §. 9.* Qvi & ab initio pro parte divisà vel indivisà constitui & similiter amitti potest, *l. ususfructus. 5. ff. h. t. l. sicut. 3. §. 2. l. excepta. 14. l. placet. 25. ff. qvib. mod. ususfr. amitt. l. cui ususfructus. 30. ff. de usufr. leg. l. & per. jusjurandum. 13. §. 1. ff. de accept.* & lege Falcidià minuitur, *de. l. ususfructus d. l. 1. §. 9*, item si duobus relictus sit competit vel familiæ herciscundæ vel communi dividundo judicium, *l. & puto. 16. pr. ff. famil. herciscundæ. l. communi. 7. §. cum de usufructu 16. ff. comm. divid.* Diversitas oritur ab objecto. Ususfructus dividuus est propter utilitatem dividuam, qvemadmodum enim ipsi fructus divisionem admittunt, ita & effectu ususfructus: Usus verò, qvia non refertur ad fundum fructusq; ejus, sed ad indigentiam personæ, h. e. ad victum qvotidianum necessitatesq; vitæ tolerandas, qvæ individuæ sunt, sub partitionem non cadit, *Conan. 4. comm. 5. n. 11.* Nec facilè æqvalis duorum usus est, imò & uni homini nunc plus nunc minus necessarium est, *gl. add. l. usus.* Eadem ratio cæterarum servitutum est, qvibus integris semper utimur, unde *Bart. in l. stipulationes non dividuntur, ff. de V. O.* dixit illas esse tanqvam animam, qvæ ex Philosophorum scitu tota est in toto, & tota in qvalibet ejus parte; at ususfructu etiam pro parte, imò nunqvam simul qvis utitur toto. *Bacv. ad Treut. vol. 1. dip. 16. th. 3. K.*

XVII.

Commodare nihil aliud est, qvàm gratis utendum dare, *l. 1. §. 1. ff. commod.* Sciendum ergò non-

nullarum rerum usum distribui, aliarum minùs posse. Individuus dicitur usus, qvi communis uniuscujusq; in solidum est, nec unius alterius usum minuit, *l. si ut certò 5. §. ult. ff. commod.* Qvasdam enim res esse constat, qvarum usus non modò solidus plurium esse potest, verò m etiam non solidus esse non potest. *Franc. Hotom. illustri. qvæst. 19.* Usus qvidem balnei vel porticus, vel campi individuus est, neq; enim minùs me uti, qvod & alius utatur, ait *Ulpianus d. §. ult.* qvandoqvidem e. g. calor balnei ad singulos perfertur totus. Pari ratione habet se fluminis usus, qvo navigare cuiq; liberum est, *l. riparum 5. pr. ff. de R. D.* Lucernæ deniqve usus ita plurium est, ut æqve sit universorum. *Hotom. d. qvæst.* Nonnullarum varò rerum usus divisionem patitur, veluti vehiculi, pro parte enim effectu (ita qvidem legendum cum Vulg. & Flor. putamus, rejectâ *Hotom.* correctione, qvi evectu legit *Treut. vol. 1. disp. 24. 24. th. 2. c.*) qvis usum habet qvia non omnia loca vehiculi tenet. d. l. 5. §. ult. nec dubium est, qvin unius usus alterius usum imminuat, celeriùs enim unus solus vehitur, qvàm plures simul. *Hotom. d. qvæst.* Attamen cujuscunqve generis sit usus, obligatio de dolo & culpâ ex commodato est individua: omnes enim tenentur in solidum. *d. §. ult.* nisi commodator nō singulorum fidem in solidum, sed amborum simul secutus fuerit, qvi in se periculum conjunctim receperunt, *l. rem. 21. §. 1. ubi Accurs. ff. eod.*

XVIII.

Pignoris qvoq; causa indivisa est, *l. rem. hereditariam. 65. ff. de evict.* Cujus ea ratio est, ut totum pro toto debito, totum pro qvalibet parte debiti, & rursus qvælibet pars ejus pro toto debito teneatur,

neqve

neqve adeo oſtendi poſſit, qvænam pars pro hac debiti parte, & qvæ qro aliâ magis obligata ſit, *arg. l. 3. §. ult. ff. qvi pot. in pign. l. ſi conſenſit. 7. §. ult. qvib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. Caval. in opin. comm. contr. comm. quæſt. 76. n. 26. ſeqq.* Nec communi fundo ab uno oppignorato & poſt diviſo non utiqve ea pars creditori obligata eſt, qvæ ei obtigit, qvi pignori dedit, ſed jus pignoris creditori integrum manet, & utriusq; pars pro indiviſo pro parte dimidiâ manet obligata, *d l. ſi conſenſit §. ult. l. ſi qvis. 6. §. ſi fundus. 8. ff. coram. divid.* Hinc fit ut qvamvis parte debiti ſolutâ, obligationis pars extingvatur, pignoris obligatio pro debiti parte reſiduâ maneat integra, nec, niſi omnis pecunia exſoluta aut eo nomine ſatisfactum fuerit, tollatur, *l. ſi rem. 9. §. omnis. 3. ff. de pignor. act.* etſi illud plurium rerum ſit, *l. qvi pignori 19. ff. de pignori* adeo ut pro ſumma reliqvâ etiam modicâ vel uſuris poſsit pignus majoris precii, & qvodcunq; ex pluribus voluerit, creditor diſtrahere, *l. qvāvis. 6. §. 1. ff. de pig. l. ult. q. 6. de bit. vend. pign. imped. l. qvuamdiu. 6. C. de pignor. diſt. ubi Salicetus notat* licitum id eſſe etſi unicus numus ſuperſit, tamen per exaggerationem dictum meritò exiſtimat *Bachov. ad Treut. vol. 2. diſp. 1. th. 9. A.* Imò ſi ex pluribus obligatis rem maximam pro parva pecunia diſtraxerit, cùm viliore vendita potuiſſet debitū conſeqvi, non videtur bona fide verſatus eſſe, *arg. ſi magis. 5. §. idem. 10. ff. de reb. cor. qvi ſub tut. gl. ad d. l. qvamdiu.* Cæterùm qvamvis ipſa principalis obligatio dividatur inter heredes, pignus tamen manet ſolidum tam ex parte actoris, *l. 1. C. ſi unus ex plur. hered.* qvàm debitoris, *l. ſeqv.* ut ſolvente uno ex heredibus ſuam partem, tamen tota res pignori data venire poſſit, *l. 1. C. de luit. pign. l. unus. 16. C. de diſtract. pign. l. ſi neceſſarias. 8 i §. ſi*

 unus.

unus. 2. ff. de pign. act. Ex qvo concludit *Hartm. Pistor. lib. 3. qvæst. 12. n. 26.* creditorem qvi ex re oppignoratâ tantum possideat, ut pecuniam debitam inde redigere possit, nihilo minùs vindicare posse residuum pignoris â secundo creditore possessum. Tãtum abest, ut ipsi possidenti molestia ab hoc exhiberi possit de concedendâ executione in id qvod pignus superat summam, *Hartm. d. qvæst. n. ult. Anton. Fab. de error. pragm. er. 4. de c. 1.* Sed & creditor, cui inpluribus caussis eadem pignora concessa sunt, non priùs compellendus est eorum jus in fidejussorem transferre, qvàm omne debitum exsolutum fuerit, *l. creditori. 2. ub. gl. C. de fidei.* nec si certis temporibus definita est solutio, & fidejussor vel correus uno alterove termino solverit, ante plenam satisfactionem cessionem facere, *Modest. Pistor. part. 1. qvæst. 1. ub. Jacob. Schult. in addit.*

XIX.

Tutela individua est, qvia personæ non rei datur vel caussæ, *§. certæ. 4. Instit. de tut. §. datus. 17. Instit. de excus. tutor. l. certarum. 12. ff. de testam. tut.* & si certarum rerum datus fuerit tutor, tota datio nihil valebit, *l. seq. eod.* Hinc mater paterno tutori, qvorum bonorum filium heredem scripsit, alterum adjungere cupiens non auditur, *arg. l. in fidei commissi. 3. §. cùm Pollidius. 3. ff. de usur. facit §. interdum. 5. Instit. de curat. Petr. Peck. de test. c. 17.* Si tamen pupillus in dissitis provinciis remota bona possideat, singulis tutores dari poterunt, veluti rei Africanæ vel Syriacæ, *l. si tamen. 15. ff. de test. tut. l. pupillo 27. pr. ff. de tut. dat.* Qvod propter æqvitatem moribus fuisse introductum rectè *ibi* existimat *Bartolus.* Et ipse tutor â bonis, qvæ pupillus in aliâ provinciâ, qvàm ubi moratur, possidet, se excu-

sare

cusare potest, *l. testamento. 11. C. de. excus. tut.* Qvo qvidem pacto uterqve verus tutor est, cujus auctoritate omnia cujusq; provinciæ bona concernentia pupillus rectè facere potest. *Bach. ad Tr. volum. 2. disp. 8. th. 2.* nec eorum administrationis periculum ad tutorem qvi in aliâ provinciâ res pupilli gesserit, porrigitur, *l. ad eos. 2. C. de per tut.* Aliàs ad omnes, qvi unius capitis sunt tutores, integre pertinet tutela, licet non penes singulos sit administratio, sed tamē ita illis conveniendis distinguendum cum *l. si divisio 2. C. de divid. tut.* Etsi qvidem simul omnes administraverunt ipso jure tenentur in solidum, ita ut ab uno totum debitum exigendi licentiam adolescens habeat, faciendâ videlicet adversus cæteros actionum competentium cessione, *l. cùm interdictè 6. C. arbit. tut.* nisi appellatus qvod eos, qvi tempore institutæ actionis solvendo sunt, divisionis exceptionem prætenderit, *l. 1. §. nunc tractemus 10. seqq. ff. de tut. & rat. distr.* Et si forte absqve mandatis actionibus qvid præstiterit, contra collegam utilis tutelæ actio illi accommodatur. *d. l. 1. §. etsi forte. 13. ff. de tut. & rat. distr.* in divisionem autem administratione adductâ, sive â magistratu sive testatoris voluntate, unusqvisq; pro suâ administratione conveniri potest, nisi dolus vel culpa in non remavendo suspecto contutore intervenerit, *l. ult. ff. rem. pupil. sato. for.* Sin verò ipsi inter sese res administrationis diviserūt, non prohibetur adolescens unum ex his in solidum convenire. Qvi planè se non immiscuerunt tutelæ, ex personâ eorum, qvi gesserunt & idonei sunt, non onerantur, latæ tamen culpæ ratio omnes æqvaliter tenet, *l. ult. C. si tut. vel curat. non gess.*

Cura, qvæ certarum rerum vel causarum esse

poteſt §. *item. 2. Inſt. de curat.* pro diviſibili habenda eſt. Si verò ejusdem rei plures curatores adoleſcens nactus fuerit, idem qvoad obligationes & pericula illorum qvod tutorum jus eſt. *d l. 2. C. de divid. tut. d. l. ult.*

XX.

Neminem pro parte teſtatum & pro parte inteſtatum decedere poſſe manifeſti juris eſt. *l. jus noſtrum. 7. ub. Dec. ff. de R. I.* & qvi totam hereditatem adqvirere poteſt, is pro parte eam ſcindendo adire non poteſt, *l. 1. ſeq. ff. de acqvir. vel omitt. hered.* Similiter in pupillari ſubſtitutione vel in omnia admittantur, vel omnia repudientur, *l. qvidam. 20. C. de jur. delib.* Qvamobrem jus accreſcendi inventum eſt, ut adeuntibus ſuam portioné etiam invitis coheredum repudiantium accreſcat portio, *l. teſtamento. 6. de impub. & aliis ſubſt. l. unic. §. his ita. 10. C. de caduc. toll.* Item ſi qvis unum tantùm vg. exſemiſſe heredem ſcripſerit, totus as in ſemiſſe ſit, §. *hereditas 5. Inſt. de hered. inſtit.* Qvod ipſe teſtator in inſtitutione eò prohibere neqvit, ut partim ex teſtamento partim ab inteſtato illi ſuccedatur, *Bart. in l. ſi duo. pr. ff. de hered. inſtit. arg. l. nemo. 55. pr. ff. de legat. 1.* Milites tamen ſingulari privilegio pro parte teſtari poſſunt, *d. l. 7. l. ſi miles 6. §. ſi duobus. 37. ff. de teſt. milit.* qvod illis non ſolùm in bonorum portione licet, ſed etiam in temporis ſpatio ex eodem privilegio competit, ut ex certo tempore & usqve ad certum tempus inſtituant heredem, *l. miles 41, pr. ff. de tit.* Imò nonnunqvam ex accidenti contingit, ut paganus etiam pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus deceſſerit, rupto videlicet poſt aditam hereditatem inofficioſi qverelâ pro parte teſtamento,

mento, *l. circa. 24. ff. de in off. testam. l. filium. 20. pr. ver. sed cùm ff. de bonor. poss. contr. tab.*

Ipsa tamen hereditas partes admittit, *l. qvoties. 9. §. heredes. 12. ff. de hered. instit.* ubi jus dicitur dividi inter coheredes, qvominus adstipulari possumus *Hotom. illustr: qvæst. 21.* contendenti, qvæcunqve leges hereditatem dividuam pronunciant, de rebus hereditariis, non ipso jure intelligendas esse, cum etiam refragetur *l. 1. §. 1. l. non possumus 7. & tot. tit. ff. si pars hered. petat.* & ipse partes divisas cum indivisis miserè confundere videatur. Huc pertinet solemnis hereditatis in duodecim uncias distributio, qvæ assis appellatione comprehenduntur, *l. interdum. 13. §. 1. l. servum. 50. §. ult. ff. de hered. instit. §. hereditas. 5. instit. eod.* Qvibus non solùm res corporales sed obligationes etiã & jura inter successores distribuũtur, *l. heredes 25. §. idem. 13. ff. fam. herc. l. ea qvæ. 6. C. eod. Dn. Bened. Carpz. lib. 6. Respons. tit. 7. resp. 64. n. 15. seqq.* Ipsæ autem partes, qvæ in in primâ institutione expressæ sunt, in substitutione reciprocâ repetitæ plerunq; creduntur, nisi aliam testatoris fuisse mentem evidenter fuerit expressum. *§. etsi. 2. Inst. de Vulg. subst: l. si plures. 24. ff. eod.*

XXI.

Legata & fideicommissa in partes scindi liqvidò constat, siqvidem cum duobus fortè vel pluribus eadem res relicta est, & omnes veniunt ad legatum; pro suâ portione qvisq; hoc habet. *§. si eadem. 8. Inst. de legat.* Si verò pars qvædam ex his deficiat, duplicem rem distinctionem *tradit. l. unic. §. ubi autem. 11. C. de cad. toll.* Vel enim conjunctim relinqvitur, sive verbis tantum, veluti si qvis dicat Titio & Sejo fundũ

æqvis

æqvis partibus *do lego l. ita.66. ff.de hered. instit. l. reconjuncti 88. ff. de leg. 3.* do lego sive re & verbis simul, ita Titio & Sejo hominem stichum do lego, *l. triplici. 142. ff. de V. S.* & pars relicta alteri vel cæteris accrescit *l. 1. pr. ff. de usufr. accresc. l. si. duobus. 16. §. ult. ff. de legat. 1.* cujus rei ratio habetur, *d. l. 19.* Sin autem disjunctim fuerit relictum, scilicet verbis tantùm, re autem conjuncti sint. *ut:* Titio hominem stichum do lego. Sejo hominem stichum do lego. *d. §. 8.* & non omnes legatarii in ejus acqvisitionem concurrant, non vacuatur pars qvæ deficit, sed alteri accrescit, aut secundùm alios pones alterum Jure non decrescendi permanere videtur, de qvo plur. tratit. *Colleg. Argentor. ad tres Digestorum libros de legatis n. 35.* Sed qvædam legata divisionem non reciliunt. Ut legatum viæ itineris actusve, aliarum rerum indivisibilium. Qvorum omnium legatorum nomine singuli heredes in solidum tenentur, eaq; tota ad legatarium pertinent, *d. ult. ff. de serv. legat.* æstimationis tamen partem heredem inferre oportet, aut exceptione doli mali repellitur, *l. si is. 80. §. 1. ff. ad. L. F.*

XXI.

Dominii portiones nonnunqvam esse solent, *§. ult. Inst. de stipul. serv.* Unius enim ejusdemq; rei dominum penes duos in solidum esse neqvit, *l. de hered. 19. §. pater. 3. ff. de castr. pecul.* Totius tamen rei dominus efficere non potest, ut partem retineat, partem pro derelicto habeat *l. an pars. 3. ff. pro derel.* Qvod rectè glossa ibi interpretatur de parte pro indiviso.

Idem in possessione est. Plures enim eandem rem in solidum posidere non possunt, *l. posideri. 3. §.*

ex con-

ex contrario. 5. ff. de acqvir. poß. l. si finita. 15. §. cùm autem. 18. ff. de damn. infect.

XXII.

Sententia judicis est individua, qvia non potest ex uno judicio res judicata in partem valere, in partem non valere, *l. in hoc judicio. 27. ff. fam. herc.* Qvare si in unâ eademq; causâ unus appellavit, ejusq; justa appellatio pronunciata est, consorti qvoq; prodest, qvi non provocavit, *l. 1. l. seq. C. si unus ex plur. l. si qvi. 10. §. qvod est. 4. ff. de appell. Hartm. Pist. p. 1. qvæst. 47. n. 16. seqq.* Sed tamen pluribus factis & actionibus concurrentibus, partes sententiæ fieri non est prohibitum, *l. etiamsi patre. 29. §. 1. ib. gl. ff. de minor. l. qvid tamen. 21. ff. de recept. arbitr.* Nam qvot sunt facta & actiones, tot etiam intelliguntur sententiæ, §. *præterea. 4. ver. licet enim. Instit. qvod eum eo. arg. l. scire debemus. 29. pr. ff. de V. O.* Qvo pacto ab articulo appellare, *l. ab executione. 5. C. qvor. appell. non. rec.* & ei, qvi præsidet appellationi, partē rescindere, partem validam pronunciare licet, *l. ult. ff. de jur. patr.* Et appellatio vel Leuteratio de uno saltem capite interposita, nil juvat adversarium in reliqvis qvibus se forsan gravatū existimat, *Dn. Carpz. p. 1. const. 19. defin. 9.* Porro contra unum caput sententiæ minor etiā restituitur, *l. etiamsi 27. §. 1. ff. de minor.*

XXIII.

Stipulationum aliæ sunt dividuæ, aliæ individuæ, pro ratione rerū, qvæ in eas deductæ sunt & vel partiū præstationem recipiunt vel non. Cùm autem stipulationes qvædam in dando, qvædam in faciendo consistant, *l. stipulationum. 2. pr. ff. de V. O.* qvibus mixtæ ex dādo & faciendo, *l. veteris. 13. C. de contrah. stipulatione e. g.* rationes reddere, *l. cùm servus 82. ff. de condit. & demonst.* continentur, *gl. ad d. l. stipulationum pr. Alc. ib. n. 1. seqq.* Illæ pleræq; divisionem patiuntur sive numero & rei-

psa, ut pote qvanti tates, veluti cùm decem stipulamur, nam si qvinq; solvantur, liberatio in parte obligationis contingit, *d.l.2.§.1. ib. Acc.l. stipulatus.9.§.1.ff.de solut:* sive ratione, ut speciei seu corporis certi, *d.l.9.§.1.Wes.par.d. V.O.n.7.* Qvod tamen fieri posse intelligendū est bonâ saltem creditoris gratiâ, qvi invitus particularem solutionem accipere nullus cogitur, *l.tutor.41.§.1.ff. de.usur. l. obsignatione 9.ub.Acc.C.de solut. arg.l.cùm heres.4.§.item si.6.ff.de statul.* Sæpe enim solutio partium non minima habet incommoda, *l.planè.3 ff.famil.herc.gl.ad §.item.inst.qvib.mod.toll.oblig.Hot.illust.qvæst:22.C. Dd. communiter.* Nisi contrarium pactum fuerit, *d.l.40.ff.de reb.cred.* vel magistratus, qvod justa causa videretur, creditorem oblatam partem accipere jusserit & pro eâ parte litem deminuerit, *l. qvidem.21.ff. d. tit.* utputa si debitor partem debiti fateatur, partem inficietur, *gl.ad d.l. qvidem fac.l.permittendam.8.ff.si pars hered.*

XXIV.

Aliæ tamen dandi stipulationes sunt, qvæ dividi non possunt, qvia res in illis comprehensæ vel suâ naturâ divisionem non admittunt, veluti cùm iter, actum, viam stipulamur, *d. l.1.§.1.* in qvibus etiam acceptilatio pro parte nullius est momenti, *l. & per jusjurandum 15. §.1.ff. de accept.* vel lege & conditione stipulationis, sive ut Dd. loqvuntur, effectu solutionis, qvando res promissa partis qvidem dationem naturâ suâ recipit, sed nisi tota detur, stipulationi satis non fit, *l. si non sortem 26.§. pen. ff. de cond. indeb.* Ut stipulationes generis, veluti cum hominem generaliter stipulamur. Nam si stichi pars soluta sit, *ait Paulus l.2.§.1. ff. de V.O.* nondum in ullâ parte stipulationis liberatio nata est, *l. qvi hominem.34.pr. ff. de solut.* sed aut statim potest repeti, sc. alio homine soluto, *d. l.26.§.pen.* aut in pendente est inter incertum repeti-

tionis

ctionis & cessionis in solutum, donec alius detur, *l. statuliberat 3. §. si decem. 5. ff. de statul.* Ejusdem conditiones sunt stipulationes alternativæ; Stichum aut Pamphilum dari, *d. l. 25. §. 1. d. l.* si non sortem. Cujus rei non obscura redditur ratio *in l. in executione. 85. §. pro parte. 4. ff. h. tit.* qvòd aliàs fieret cum incommodo & injuriâ qvadam creditoris, qvi unum hominem proprium in solidum habere voluit, in diversorum autem hominum partibus solutis acqviescere cogeretur, & sic aliud pro alio invito illi solveretur, qvod minimè licet, *l. mutuum. 2 §. 1. ff. de reb. cred.* Volente tamen creditore ejusmodi stipulationes pro parte etiam perimi possunt, si videlicet partem accepto fecerit, *l. qvi hominem. 17. ff. de accept.* Præter eas pœnæ stipulationes, qvæ aliis non rarò adjici solent, indi-dividuæ sunt, *l. 3. §. 1. l. stipulationum. 5. §. ult. d. l. 85. §. item. si. 6. h. tit.*

XXV.

Qvæ de faciendo sunt obligationes, inter qvas eas qvoq; referimus, qvæ in non faciendo consistunt, *l. in facto. 60 pr. ff. de condit. & demonst. l. ubi. 35. §. qvi id. 7. ff. de. V. O.* plerumq; in partes scindi recusant, siqvidem nudum est factum nihil aliud qvàm corporalem effectum significans, *l. qvi res. 68. §. mihi. 6. ff. de solut.* utputa fundum tradi, *l. si rem. 28. de V. O.* fossam fodi, insulam fabricari, operas, vel qvid his simile, horum enim divisio corrumpit stipulationem, *l. stipulationes non dividuntur. 72. l. in stipulationibus. 54. §. 1.* vel talis est promisso opus fieri, *l. in execution. 85. §. 2. l. si ix. 80. ff. ad leg. Falc.*

Qvod si verò ea qvæ in facto sunt præter naturalem actum aliqvem effectum juris post se relinqvant, de iis conceptæ stipulationes dividi possunt; qvalis est stipulatio amplius non agi, *l. eum, 24. §. Cato. ff. h. t.*

 Sed

Sed cujuscunq; generis facta sint, si ad interesse stipulator agat (evenit enim in omnibus faciendi obligationibus, ut qvi non facit, qvod promisit, in pecuniam numeratam condemnetur, *l. si qvis. 13. §. 1. ff. de re judic.*) dividitur stipulatio, & justâ æstimatione facta danda est petitio, *d. l. 72. §. 1.*

XXVI.

Si duo pluresve rei stipulandi sunt, solidum singulis debetur, *§. 1. Instit. de duob. rei. stip.* ideoq; unius petitione, acceptilatione, *l. cùm duo. 2. ff. eod.* vel novatione perimitur utriusq; obligatio, *l. si rem. 31. §. 1. ff. de novat.* cùm enim una sit obligatio, una & summa est, *l. in duobus. §. 1. ff. h. t. l. si plures. 9. pr. ff. de pact.* Si tamen unus ex correis cũ debitore pactus sit, alteri non nocet exceptio, *l. si unus. 27. pr. ff. de pact.* Litis verò contestatione ab uno creditorum factâ, promissor cui velit solvendi amittit arbitrium. *l. ex duobus 16. ff. h. t. l. si qvis. 57. §. 1. ff. de solut.* Sed & qvod unus solutum accepit, alteri, cum qvo commune jusstipulantis est, communicare non tenetur. *l. si rem. 31. §. 1. ff. de novat.* nisi sint socii. *arg. §. 1. Instit: de societ.* vel natura obligationis hoc ita exigat, si nẽpe stipulatio versetur circa causam onerosam *Bart. ad. l. reos. 11. n. 9. ff. de duob. reis. arg. l. fine. 32. de reb. cred.* Pari ratione si duo pluresve eandem rem promiserint, in solidum obligantur, *d. §.* iisdemq; modis, qvos supra diximus, liberantur, inter qvos tamen non reputanda est acceptio litis, *arg. l. amissi. 52. §. ult. ff. de fidei juss.* Qvi autem totum solvit debitum, etiam non factâ cessione â socio partem repetit *l. creditor. 2. C. h. t. Dn. Carpz. p. 2. const. 17. defin. 14.* Cæterùm illi ipsi correi debendi de Jure novo Justinianeo beneficium divisionis *ex Novell. 99. c. 1.* ex qvâ sumta *est auth. hoc ita C. de duob. reis.* habere nõ videntur *Riem. dec. 10. q. 7. Dn. Frantk. Ex. 10. q. 3.*

Hacte

XXVII.

Hactenus de ipsis contrahentibus nunc, de heredibus eorum pauca videbimus. Et qvidem si stipulatio dandi est dividua, singuli pro partibus hereditariis tenentur & agunt, ita ut species partibus corporum, genera numero dividantur, *l. in stipulationibus. 54. pr. ub. Donell. l. si centum. 117. ib. Acc. de V. O. l. cùm sticbus. 29. ff. de solut.*

Sin individua est obligatio & qvidem ratione objecti, unus qvisq; heredum tam agit in solidum, *l. stipulationum. 2. §. ex his. 2. ff. de V. O. ubi* dubitandi ratio diluitur, *l. heredes. 25. §. an ea. 9. ff. famil. herc.* qvàm convenitur. *l. fideicommissa. 11. §. si in opere. 23. seq. ff. de legat. 3. d. l. stipulationum. ex regula l. ea quæ §. 192. pr. ff. d. R. I. Fac. l. heredes. 25. §. contra. 10. ff. famil. herc.* Qvi tamen solidum præstiterit, repetitionem habet â coheredibus familiæ herciscunda judicio. *cit. l. stipulationum. d. l. fideicommissa*, vel ante divisionem cautionibus sibi prospiciet *d. l. heredes.*

Sed si solutione saltem est indivisibis, heredes solum pro parte conveniri possunt, pro parte tamen solvendo liberari nô possunt: qvamvis enim aliàs obligationes inter heredes ipso jure divisæ sint, illarum tamen conditio ex personâ heredum non immutatur, *d. l. stipulationum §. 2.* ne qvod stipulatus est creditor non conseqvatur. *l. in executione. 85. §. pro parte. 4. h. t.* Nisi unus heredum conventus absolutus vel transactione aliterve citra veram solutionem obligationis parte exemtus, vel ei acceptum latum sit, tunc enim pars duntaxat cæterorum obligationis supererit, *d. l. stipulationum. §. si tamen. 3.*

XXVIII.

Facto individuo omnes obstinguntur; veluti si ita stipulatus fuero, per te non fieri neqve per here-

dem tuum, qvo minùs mihi ire, agere liceat, & unus ex pluribus heredibus prohibuerit, tenẽtur etiam coheredes. *d. l. 2.* §. *item si. 5. h. t.* Qvoniam nisi insolidum in illam stipulationem peccari non potuit; dum enim ab uno prohibeor non in partem sed totum prohibeor, qvod verò in partes dividi non potest, ab omnibus qvodammodo factũ videtur, *l. eadem. 4.* §. *Cato. eod.* Illi qvidẽ habebunt familiæ hercis cundæ judiciũ cum eo, propter qvem commissa est stipulatio, *d. l. 2.* §. *5. l. inter coheredes. 44. l. qvod ex facto. 5. ff. famil. herc.* Stipulatoris autem heredes non prohibiti nullam habent actionem, *d. l. 2.* §. *ult.* Idem juris est in illa stipulatione, mihi herediq; meo habere licere, *l. idem juris. 3. pr. eod.* & si dolum abesse à te heredeq; tuo stipulatus sim, *l. eadem. 4. pr. d. t. d. l. inter coheredes.* §. *5.* At si de eo cautum sit qvod divisionem patitur, veluti ampliùs non agi, tum is heres qvi adversus ea facit, pro portione suâ solum committit, *arg. d. l. 4.* §. *1.* Eadem dicimus in illà stipulatione: Titium heredemq; ejus ratum habiturum, nam hac stipulatione & solus tenebitur, qvi non habuerit ratum, & solus aget, à qvo fuerit petitum. Qvamvis ipse dominus pro parte ratum habere non posset, *l. prac.*

XXIX.

Sed jam de obligatione accessoriâ. Si plures fidejusserint, singuli in solidum tenentur, itaq; liberum est creditori, à qvo velit solidum petere, *l. non recte 3. C. de fidei.* Sed ex epistolâ Hadriani compellitur creditor à singulis partes accipere tn. *l. ult. C. de constit. pec.* qvę divisio nõ fit ipso jure, sed ope exceptionis, *l. si contendat. 28. ff. eod.* ideoq; siqvis eorum ante exactam à se partem ad inopiam pervenerit, pars ejus ad cæterorum onus respicit, *l. inter. fidejussores 26. ff. h. t. de fidei.* & actori non satisfaciente, contra qvem egerat primò, ad alium reverti,

verti (cùm nullus de illis electione liberetur) licet, *l. reos. 23. C. eod.* nec in personâ fidejussoris, qvi totum exsolvit, locum habet condictio indebiti, *l. si testamento. 49. §. 1. ff. d. tit.* nec adversus confidejussores actio, nisi ei cessæ sint actiones, *l. si fidejussores. 39. ff. d. eod. l. cùm alter. 11. C. ib. Dn. Carpz. p. 2. const. 17. d. 15.* Illud satis constat fidejussorem huic beneficio renunciare posse, *arg. l. pen. C. de pactis vid. Novell. Aug. p. 2. const. 17.* qvod non censetur factum, licet se singuli in solidum obligarint, sämptlich und sonderlich / einer für alle / und alle für einen *Dn. Carpz. p. 2. constit. 17. defin. 9.*

XXX.

Delicta cùm facti sunt, unde maleficia, *inst. de oblig. qvæ ex del.* & facinora, *l. servus. 20. ff. de O. & A.* dicuntur, partes habere nõ posse facilè apparet. Qvare ex communi delicto singuli ad solidam obligantur pœnam. Puta si plures hominem occiderint, *l. item Mela. 11. §. sed si plures. 2. l. vulneratus. 51. pr. ff. ad L. A.* vulneraverint & nõ appareat cujus ictu perierit, vel Prætoris albũ corruperint, *l. si qvis. 7. §. ult. l. seq. ff. de jurisd.* furtũ fecerint, *l. vulgaris. 21. §. si duo. 9. ff. de furt. l. 1. C. de cond. furt.* arborem cæciderint, *l. si plures. 6. ff. arb. furt. cæsar.* Et si plures injuriam intulerunt, singulorum proprium est maleficium, *l. si plures. 34. pr. ff. de injur.* Qvod idẽ in criminalibus & publiciis observatur judiciis. Hinc si unus â pluribus occisus, vel lethaliter vulneratus fuerit, nec constet, cujus perierit ictu, omnes plectuntur capite, *Ordin. crim. Carol. art. 148. fac. d. lex Mela. 11. §. sed si plures. 2. ff. ad L. At.* nec mitius illorum est supplicium, qvi conspiratione factâ destinato animo convenerunt, & mutuam operam præstantes aliqvem vel uno saltem vulnere interemerunt, *d. art. 148. arg. l. nihil interest. 15. ad L. C. de sicar.* Aliàs si constet cu-

jus

jus ex pluribus manu cædes perpetrata fuerit, ipse solus ut homicida punietur, *l. ult. ff. eod.* reliqvi saltem de vulnerato tenebuntur. Sin vel de vulnerantibus incerta res sit, omnes qvidem puniendi sunt, sed extra ordinem & arbitrariè. *Const. Nov. Aug. p. 4. const. 7.* qvod etiam fieri solet, cùm singulorum vulnera conjuncta demum extiterunt lethalia, *D. Carpz. Prax. crim. p. 1. qvæst. 25.*

Sed nunc vela contrahenda portusq; respiciendus est, omnia enim tam vasti & profūdi pelagi, qvod nomen huic materiæ tribuit *Cyn. ad l. 3. ff. de V. O.* pervagari & emetiri loca, infiniti laboris & frustraneæ foret operæ; cûm insuper tanta illus sit difficultas & subtilitas, ut teste *Gomesio tom. 2. comm. c. 10. pr.* plurimùm semper Doctores interpretesq; juris torserit, ut pro rectà ejus intelligentiâ non minùs palpitaverint, qvàm Hercules in Lernæo conflictu. Qvamobrem faciliùs, si qvid forte peccatum fuerit, veniam me impetraturum confido.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

F I N I S.